

1 **I**Nitio breuiter attigit principalem propositionē, Iustitia Dei reuelatur in euangelio ex fide, & illustrauit Antithesi, Ira Dei reuelatur in lege, qua iam probata repetit principale. Nunc absq; lege iusticia Dei reuelatur, & exponit primo, deinde confirmat.

2 Vbi diligenter obseruanda est vis distributionis in sententia sine lege, ne somniemus Paulū tātū de ceremonijs loqui, aut Euangeliū esse nouam legē perfectiorem Mosaica per quā iustificemur, sicut Origenes, & monachi docuerunt.

3 Et ne quis obijceret nihil recipiens, dum esse sine testimonio veteris scripturæ adiecit, sic Euangeliū reuelatum esse sine obseruatione legis, ut tamen habeat testimoniu a lege, & prophetis.

4 Ideo aut sine lege reuelatur iusticia Dei, quia omnes homines destituūtur gloria